Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26215
Copyright: Admont, Benediktinerstift

dicam contemplationis penna nos sublevat. atque a nobis ad illum eri
gimur intuendum. raptaque intentione cordis et dulcedine contem
plationis aliquomodo a nobis imus in ipsum. Certe iam hoc ipsum ire
nostrum minus est requiescere. et tamen sic scire perfecte requiesce
re est. Et perfecte quidem requiescere est. quia deus cernitur. et tamen aequan
da non est requies illi. quia non a se in alium transit ut quiescat.
Est itaque requies ut ita dicam similis atque dissimilis. quia quod illius
requies est. hoc nostra imitatur. Itaque ut beati atque aeterni simus in aeternum.
imitemur aeternum. Et magna nobis est aeternitas imitatio aeternitatis. Nec
expertes sumus illius quem imitari possumus. quia et videntes partici
pamus. et participantes imitamur. Quae nimirum visio nunc fide
inchoatur. sed tunc in specie perficitur. quando coaeternam deo sapientiam
quam modo per ora praedicantium quasi per decurrentia flumina sumi
mus IN IPSO SVO FONTE BIBERIMVS.

Explicit liber viii. Incipit liber xviiii.

QVID MIRVM.

SI AETERNA DEI
sapientia conspici non valet. quando ipsa quoque in
visibilia quae per eam sunt condita humanis oculis com
prehendi non possunt. In rebus quippe creatis discimus creatorem
omnium quanta humilitate veneremur. ut in hac vita
usurpare sibi de omnipotentis dei specie mens humana
nichil audiat. quod solum electis suis praemium in subse
quenti remuneratione servat. Unde bene per Job dicitur EST
ab scondita est ab oculis omnium viventium. Illico
subinfertur. Volucres celi quoque latet. In scriptura ·H·
sa cra volucres aliquando in malo. aliquando vero in bo
no dantur intelligi. Per volucres quippe non numquam
potes tates aereae designantur bonorumque studiis adversae